

Aduertencias para

¶ Circa hæc aduertit Pater Emanuel. i. To-
q 55. art. 2. q̄ ante quàm hic Ordo inter Men-
dicantes locum haberet continebatur in eius
Marimagno. Vt possint ipsi Fratres Minimi
transumptare quęcunq; priuilegia, & Bullas
concessas alijs Ordinibus, ac si illa [mutata in
eis nominibus] sub nomine Minimorum spe-
cialiter, & principaliter pro eo Ordine ema-
nassent. Vnde ex priuilegijs tā Mendicantium,
quàm non Mendicantium multa extraxerūt, quę
eis accomoda sētiebantur. Quę Stephanus
Vius maris, et Gaspar Paraffellus ambo Gene-
rales, in Collectionibus priuilegiorum ab
ipsis factis inseruerunt. Et certe ex superio-
ribus hæc omnia comprobantur. Nam cum
Ordines Mendicantes gaudeant priuilegijs
concessis & concedendis alijs Ordinibus Me-
dicantibus, & non Mendicantibus, clare se-
quitur, q̄ cum prædictus Ordo Minimorum
gaudeat priuilegijs Mendicantium ex consti-
tutione Pij. 5. gaudet per consequens priuile-
gijs concessis & concedendis alijs Ordinibus
Mendicantibus, & non Mendicantibus.

DE ORDINE SERVORVM BEATÆ

Marie & eorum priuilegijs.